

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri**

**Baptista <Mantuanus>**

**Argentinae, 28. 8. 1501**

**VD16 -S7317**

[...] Bernardo Bembo Patricio Veneto [...] Frater Baptista Mantuanus  
Carmelita S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](#)

ut imitemur fertiliores. Quod & si mīme facere possim: statui tñ (ut & p̄misimus) cōmentaciones quas in Baptiste Matuani Poetę Illustris in uitam clarissimae virginis Catharinae poema scriptum: cōfecimus: tuo nomini dedicare. in qbus & si nequaq; Poetę prēstanciā elucubramus: nam quis Poetę digna dicere possit? Mōstrauimus tamē quo pacto melius in lucem hominū: conspectū pdire valeat. Accipito igitur id munus ab eo: cuius tibi animus corpus facultatēs: omnes dedi- te obligatēs sunt. nā nullo alio genere beneficuſ esse possum quā eo quod Plato sumi īgenij philosophus in disciplinis libe- ralibus imbuendis illustrādīc̄t̄ collocauit. Vēlē enī uero sī: quid laude dignū gessimus tuo id auspicio ascribi: sīn dedecus meruiimus & obprobria: omē id mihi imputet: dum vel tu me παράφαστοψ diligas īq; familiaritū tuorū grege colloces. & ne illotis (ut aiunt) re aggrederemur manibus: libūt̄ pr̄fari argumentū in secundā Parthenicē quo facilius & Poetę mens historiēs obscuritas detegeretur. Vale p̄ientissimē Pontifex ex Colmar. xx. Ianuarij. Anno salutis Millesimo quadringen- tesimo Nonagesimo quarto.

Clarissimo viro Dño Bernardo Ben-  
bo Patricio Veneto Iurecōsulto / Fr  
Baptista Mātuāus Carmelita S. D.

Beatissimae Virginis & Martyris Catharinae uitam nuper Romę: dum tu apud Innocencium Ponti. maximū pro re. p. tua. splendidū oratoris munus obires: heroyco carmine cōplexus sum. Opusculū ut mihi videtur pium magis q̄ elegās: & īma- turum pocūs quā p̄ematurum. Nam mea in te charitas tuis in me beneficijs excitata: dum tuo desiderio nīmīs ardenter sa- tis facere cupit: p̄termissa diuturne limē diligēcia & labore corrigendi: p̄cipitauit edicionem. Sed age placeat celeritate sī non placet eloquio. Quadrageinta enim & nō amplius diebus opus absolutū est dum propter effūtiū iusticiū/negocijs iter- missis: curamus ocia canicularia salubriter cum aliqua studio- rum fruge transigere. Tibi igitur vir p̄stantissime liberisq; tuis: libellus iste dīcatus est ante tibi debitūs quam conditūs muneris tenuitatē poterunt excusare meus īgens animus & curta suppellex: animi tuī modestia ac summa liberalitas quæ ab amico patpere xenia p̄ciosa non expectat. & de hoc hacte- nus. Miror profecto nec parum miror: de hac talī ac tanta Vir-

gine in cuius laudes tota catholica certat ecclesia nullam ab Eu  
lebio Cesariensi episcopo: cum de illis temporibus agit fieri me-  
tionem. Crediderim id accidisse diabolo procurante: & tati vi  
ri cogitationes aliorum flectente dum sanctissime Christi mar-  
tyris immortalis glorie titulisq; sempiternis inuidet. Sed qd  
ille sanctitatis inimicus & publicus hostis innocencie: fraudu-  
lencia sua prohibuit chartis inscribi: deus probitatis auctor &  
assertor sua prouidencia voluit fidelium cordibus annotari.  
Nulla enim virgo post illam incomparabilem virginem que est  
dei mater & hominis: hanc opinione sanctitatis antecedit. No-  
minis eius ethymologia depravata est a quodam qui eum li-  
brum compoluisset dicitur cui legenda aurea titulus est. Fuit  
enim vir ille iudicio meo pius quidem: sed nequaquam sat satis lit-  
teratus: pius inq; p diuina congeserit: illeratus vero quoniam  
gracis vocabulis latinam: latinis græcam: hebraicis mixtam:  
nulli veram: omnibus confusam: obliquam: contraria: falsam  
q; dederit interpretationem. Atq; ita sancto: nomina dum illu-  
strare putat sua delusus vel ignorancia vel impudenti temeri-  
tate reddidit obscuriora: & nisi putaretur peccasse per imperici-  
am putari posset de impietate condenandus: utpote qui facro-  
sanctam Christi religionem recte interpretationis inuersione vo-  
luerit cauillari: & nominum perturbacione sanctis illudere: fana-  
tico & somnianti simili monstrofa verborum deliramenta con-  
finxit: que nec ipse qui per Labyrinthum tenebrosus sue igno-  
rancie circumactus neniā illas balbuciebat: intellectus adeo de-  
lirus adeo incompos sui: ut nesciret eciam se nescire quae dice-  
ret. Q uod si fortasse cuiq; plus equo videbor excandescere: p-  
cor mihi veniam no negari si mereor: nam cum cōsidero hinc  
factum esse ut sanctorum vitę contemptui patent: ut sine risu  
vel stomacho legi no possint: & eorum gesta summa veneraci-  
one dignissima scriptoris vicio sic esse deformata atq; dehone-  
stata ut ab homine latino quātumuis religioso videantur in-  
digna qua legantur: si legrefo: si damno: si conqueror: habe-  
re me puto indignacionis iuste materia. Debuit ille vir id mu-  
nus omittere: quod ad imperitum non pertinebat: vel peritos  
aliquando consulere sicut prudentem vim decebat: vel prius  
discere q; docere: ne dum ordine prepostero vult esse magister  
anteq; discipulus nauci hominis nomen incurreret: sed fortas-  
se putans errorē intelligencie pī voluntatis umbrare pretex-  
tur: factus est in utroq; reus: & intellectu atq; voluntate deficiens:  
sibi ignominia sanctis iniuria fidei iacturā simplicibus igno-

Aa ij.

ranciam doctis nauicam parturiuit. Non igitur Catharina uniuersorū ruina sicut ille fabulatus est interptatur: sed vñ a catharos quod ē puris: vel a catharizo puris: vel a catareioide fluo vel a cata & ryax qđ ē riuus vox illa deflectitur. legimus n. apud Pli. Hippone Aphricę opidū cuius Epatū tenuit Aug. a Grēcīs Catharitum appellari qđ riuis & aquis esset irrigua.

Quod uis horum dixeris recte dixeris. Vera enim semper cum agnoscuntur in omnibus amplectenda: ac in huiusmodi nominib;: cum veritas later: ad verisimilia quæ lingue alicuā ius piciam sapient ab interprete configiendū est: cauendum mōz ne iſtius exemplo: velut egris somnia vanē ſingantur species: ut nec pes nec caput uni reddatur forme. Sed iam satis de hoc sup̄ qđ dictum. Et ut toram. Parthenicen priuisc̄: perlegas uno summatim legas intuitu breue ſubſiūciatur argumentum.

### Argumentum Poetæ.

Catharina virgo Aegypcia: Alexandriæ nata: Costo patre: qui fuit ex Lagidaru family: sub Maximino orientis præſe: & vel sub Maxencio Maximiani filio paſſa. nā de auctore paſſionis ambiguitur. sed omnia fere exemplaria quæ legūtur in ecclēſijs Maxencium habent. ſuperatis & ad fidem conuersis qnā quaginta diſertissimis Oratoribus: cauam Christi tutata eft: diu ſquallore carceris afflita: longa inedia macerata: durifſi me cesa: tandem poſt uxoris regię & Porphyriū ducētorūq; militum conuerſionem: confractis rotarum machinis: decollata lac fudit pro ſanguine. corpus eius in Sinam montem Arabię deportatur ab angelis.